Inter Markowiczowa Goiska et Strzeskowski Scrutin[ium]

Proposuit iudicialiter coram p[rae]nti Cap[itane]li Castren[si] Lublinen[si] Judicio Generosus Stanislaus Strzeskowski Dzonka actor cont[ra] Nobiles Hedwigim olim Famati Petri Markowic relictā nec non Zophiam Nobilis Thomae Goiski consort[em] sorores germanas olim Nobilis Joannis Dobek Pichorski actione brali Cap[itane]li Castren[si] Lublinen[si] cittat[ion]e tenor talis

Joannes Firley a Dambrowicza Capitaneus Lublinen[sis] etc. vobis Nobilibus Hedwigi olim Famati Petri Markowic relictae nec non Zophiae Nobilis Thomae Goiski consorti ultimae sororibus vero germ[an]is olim Nobilis Joannis Dobek Pichorski de bonis vestris o[mn]ibus vigore regio et nostra Cap[itane]li auct[ori]tati mandamus quatenus cor[am] Judicio n[ost]ro Castren[si] in terminis Judicialibus Cap[itane]libus feria secunda post Dominicam Ramis Palmar[um] Quadragesimalem proxime ventur[am] aut ijs intermissis extunc in subsequentibus proxime in Castro Lublinen[si] collebran[dis] personaliter peremptorieq[ue] compareatis Ad instan[tiam] Gen[er]osi Stanislai Strzeskowski Dzonka Qui postquam rescivisset de protone Castren[si] Lublinen[si] tam contra se uti principalem quam et alios n[omi]ne crudelis cuiusdam homicidij et interemptionis

praefati olim Nobilis Joannis Dobek Pacileo
wsky fratris vestri per Famatum Venceslaum
Markowic suo et aliorum suorum cuius olim Dobek
nomine facta citat vos volens innocentiam suam
eius domicilii testata fieri te quidem Goiska cum
assistentia praefati mariti tui uti tutoris coniugalis
ad videndum et audiendum pro parte et interesse
actoris Scrutinium et testimonium per testes fide
dignos coram Judicio nostro contra vos et alios successores
si aliqui fuerint praedicti olim Dobek quibus necis
eius vindicatio competit deexpediri iuramentumque
sibi de non corruptis testibus decerni ac alia de
iure in eo passu observari solita sententiari Ju
dicialiter praemissa satis attentatura Datum in Ca
stro Lublinensi feria tertia post Dominicam
Oculi Quadragesimalem proxima Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Undecimo

Et post propositionem suam modo praemisso factam idem
actor petiit se testesque suos ad deductionem Scrutinij
admitti servatis de iure servandis

Licet autem hoc in loco pars utraque controversias
suas fecerit tamen eas intra triduum ad acti
candum ut iuris est non porrexerit de quorum
negligentia sua cum diligentia Generosus
Albertus Sieratkowski Notarius Castrensis Lu
blinensis est protestatus

Et Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense con
troversiis partium actore per se personaliter

citata vero per Nobilem Stanislaum Zubczowski plenipotentem suum coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis actorem ad deductionem scrutinii admisit prius tamen praestito iuramento corporali de non corruptione et conductione testium iuxta formam et praescriptum iuris communis

Quoniam vero Actor hoc idem iuramentum corporale de non corruptione et non conductione testium in facie Iudicii iuxta iuris communis formam praestitit et debite executus est Ideo Iudicium ad examinationem testium processit et testimonia eorum in occluso rotulo actori se extradituram obtulit

Sobieski Contumax

Generosus Andreas Woronowski Ierolenczi actor Generosum Severinum Sobieski tanquam impossessionatum de poena bonisque eius omnibus citatione Iurati Capituli Castrensis Lublinensis citat occasione per ipsum actori arborum pinaticarum alueaticarum duarum in haereditati villa Goscieradow existentium nec non quercu omnis fructifera penes curiam in eadem villa Goscieradow existentem excisionis et quo voluit conversionis Taxa centum marcarum pecuniae polonicae et damni totius in se continentis citatione ipsa fusius praemissa omnia suo in tenore obloquentis per Nobilem generalem Regni Ludovicum Albertum Janowski iuridice ad Iudicium praesens Castrense Lublinense quoi viribus ultra iuris communis formam admissum superasentiat pti actoris vocatum et non comparentem in termino primo in poena Contumaciae admittendum Iudicio praesenti Iudicium condemnavit